decretum nostrum praefatum sine ulla tergiversatione exequantur bonaque praedicta in possessionem eiusdem sine mora tradant neque ullam eidem iure vincenti de se conquerendi relinquant occasionem Pro gratia nostra etc.

Mandatum Exequutoriale

Sigismundus etc.

Magnifico Georgio Farensbach Praesidi Vendensi etc. Sincere nobis dilecto gratiam nostram Regiam Magnifice sincere nobis dilecte obtinuit non ita pridem coram Judicio nostro actionem Spectabilis ac Famatus Nicolaus Ekkius Proconsul Rigensis contra Generosum Bertramum Holtsthur ratione bonorum nostrorum [illegible] nis nouis dictis eidem autem per nos concessa. In qua idem Ekkius exequutionem eiusdem decreti desiderat. Quare mandamus Sinceritati vestrae ut hoc idem decretum nostrum praefatum realiter exequatur eundemque actorem in bona Curiam [illegible] nouis dictis intromittat atque eum in possessione eiusdem conseruet Pro gratia etc.

Aliud ad ius supremum Maydeburgense castri Cracouiensis

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Famatis Aduocato Prouinciali et Scabinis iuris supremi Maydeburg. Castri nostri Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nostram Regiam. Spectabiles ac Famati Fid. nobis dilecti Intercedit causa Famato Jacobo Prackowski Consuli clepard. cum Famat. Laurentio et Nicolao Jodlowskie ratione euictionis certae, in qua causa aliqua partium decreto Fid. vestrarum se grauare putauerit Volumus ut Fid. vestrae eam appellationem ad Commissarios ter ciuitatem sed ad nos admittant camque occlusam rotulo ad nos ut moris est remittant Pro gratia nostra et officij sui debito.

Litera occlusa ad Palat. Walachiae

Zygmunt z laski Bożej etc.

Wielmożny Panie Sąsiedzkie Uprzejmie nam mily. Uskarżał się przed nami przez Syna swego Dawid Serebkowicz poddany nasz mieszczanin Lwowski który ten przytym list nas do

336